

mis vii. Hanc opinionem in explanatione quaestio-
 nis quarta post refutabimus: nunc tantum di-
 camus absurdum esse dicere Christum Pascha
 celebrantem ante pasche qui omnem legem,
 quamvis cum hominibus versatus est, & seruan-
 dum esse docuit, & ad viginti seruauit: inauditi
 autem est quemquam ante constitutum a lege die
 Pascha celebrasse, ut etiam D. Thomas in commē-
 tariis in e. Ioanni. & obseruauit. Latini omnes con-
 sequeuntur Christum die decima quarta primi men-
 sis ad vesperum agnum comeditisse, quem ad mo-
 dum lex prescribat: sed illud Græcos Auctores,
 nonnullos etiam Latinos videtur fuisse, quod
 sensum legis non animaduertunt: inchoabant lu-
 dari dies suos a solis occasu, sicut Græci, & Latini a
 nocte media: nisi a solis ortu, iubeat lex Exodi 12.
 6. & Leuit. 23. v. agnus die decima quarta men-
 sis primæ ad vesperam, ut Hebræice est יָרֵד עִירָא
 inter duas vespers agnus comederetur, id est in
 confinio vtriusque diei decimæ quartæ, & decimæ
 quintæ: solis enim occasus hinc erat decimæ quar-
 tæ, initium decimæ quintæ erat. Eadem quoque
 vtriusque diei vespera dicebatur decimæ quartæ
 diei, quia eius finis decimæ quintæ, qui eius no-
 ctis initium erat, atque hoc est inter duas vespers,
 quem ad modum Galli similes phrasas dicunt: *entre
 chien, & soupé*, non ut quodam interpretari memi-
 nis, qui duas vespers, alteram præcedentem, alteram
 sequentem non a initium intelligunt, quod aperte
 legi contrarium est: quæ præcise cauebatur, ut illo
 puncto, quo diximus, ut in portis agnus ederetur,
 nec quicquam ex eo vique ad matutinum tempus
 remaneret Exodi 12. 10. & Leuit. 23. 30. nec, ut qui-
 dam hæreticorum inter pres exposit, qui vna ves-
 peram finem decimæ quartæ diei, alteram totam
 sequentis diei noctem intelligendam esse dicit.
 Hæc scdum est, ut quando dicitur Christus die
 decima quarta: al quando decima quinta Pascha
 celebrasse, ut infra versiculi 17. *Primo autem die azy-
 morum accesserunt discipuli ad Iesum dicentes, vbi vna pa-
 nem tibi comedere Pascha?* & Marc. 14. 12. *Et primo
 die azyorum, quando Pascha immolabant, dicunt ei
 discipuli, quo vno comemus?* & peruenit tibi, ut manduces
 Pascha: & Lucas 22. 7. *Veni autem dies azyorum, in qua
 necesse erat occidi Pascha:* quibus omnibus locis die
 decima quinta primi mensis Pascha, id est agnus
 Paschalis occidendus fuisse dicitur, cum Exodi 12.
 6. & Leuit. 23. 5. die decima quarta occidi iuberetur:
 numerum quoniam vtriusque diei confinio occide-
 batur, nunc die decima quarta, nunc decima quin-
 ta occidi dicitur, quo tempore vsque in diem octa-
 uum fermentatum pane vti non licebat Exodi 12. 15.
 Leuitic. 23. 6. His locis, ut paulo ante apud Euan-
 gelistas adnotauimus, Gregorij error manifestissi-
 me resellitur. Matthæus enim, Marcus, & Lucas di-
 serunt vbi scribunt eam diem qua Christus agnus
 comedit primam azyorum diem fuisse: quare
 non potuit Christus contra legem fermentato vti
 pane: quomodo autem Ioannes eum diem appel-
 let Pascheum, & cur Iudæi non eadem nocte agnus
 ederet, in quarta, ut diximus, quaestione expli-
 cabimus. Nunc ex 17. que diximus apparet cur idē
 Ioannes cap. 13. dicit Christum ante diem festum
 Pasche coram illam peregrisse, etiam si demus eū
 non de Iudeorum, sed de Christi Pascha loqui,
 quod paulo post disputabimus: perinde enim est,
 ac si dicit, peregrisse die decima quarta ad vesperum,
 quo tempore non nisi azyorum pane vti licebat, ut ex
 illis que ante adduximus, Exodi, & Leuitic. testi-
 monij manifestum est. Itaque quod aliter Euan-
 gelistæ die decima quinta, id est prima die azyo-
 rum factum fuisse dicunt, id Ioannes ante diem festum
 Pasche, id est die decima quarta factum scri-
 bit, nulla vti que repugnantia, sed vtriusque scrip-
 turae consuetudine, quæ agnus nunc die decima quarta,

De azy-
 morum
 contra Gra-
 eos.

A nunc decima quinta occidi dicitur, quia in vtrius-
 que veluti iunctura occidebatur. Christum ergo
 in fine decimæ quartæ, & initio decimæ quintæ
 diei agnum edisse, ex hac Matthæi, Marci, & Luca,
 cum Ioanne collatione perspicuum est, tum etiam
 ex prioribus quaestiois explanatione. Si enim hoc die
 mensis primi duodecime, ut probatum est, Chri-
 stus dixerat, cum dixerit post biduum Pascha futu-
 rum, & haud dubie de hoc etiam Pascha loque-
 retur, sequitur eum die decima quinta sub finem
 decimæ quartæ Pascha celebrasse.

Tertio quaestio multo est difficilior, tres in sum-
 magnorum Auctorum de ea sententia, quæ magna
 contentione defenduntur. Prima eorum qui exilli-
 mam Christum & Iudæos eodem die & agnum co-
 medisse, & diem festum Pasche celebrasse, cuius
 opinionis Alcuinum veterem bonumque Theo-
 logum D. Thomas Auctorem facit, quem nostro
 tempore multi non heretici modo, sed maxime
 etiam Catholici, doctique viri sequuti sunt: potest
 autem hæc potissimum argumentis confirmari. Pri-
 mum quod Matthæus hoc c. 15. 17. & Marcus c. 14. 12.
 & Lucas cap. 12. 7. scribant, primam diem azyo-
 rum fuisse, cum discipuli Christum interrogarent,
 vbi vna panem tibi comedere Pascha? primo autem azy-
 morum die & agnum occidi, atque edere: festum
 Pasche celebrari lex præcipiebat: vtrumque igitur
 Iudæi fecerunt: Christus eo die fecerunt. Secundum,
 quod discipuli quasi omnium Iudæorum con-
 suetudinem sequuti eo die Pascha celebrantem
 Christum interrogauerunt, vbi vna panem tibi com-
 edere Pascha? Tertium, quod Marcus cap. 14. 12. cat-
 fosse primam diem azyorum, quando Pascha im-
 molabant, & Lucas cap. 22. 7. in qua necessitate occidi
 Pascha, eodem igitur die Iudæi omnes vna volue-
 runt. Quartum, quod Christus iubeat infra versicu-
 lum 18. & apud Marcum cap. 14. 14. discipulos certo cul-
 dam homini dicere, vbi est refectio mea, vbi Pascha
 cum discipulis meo manducem? Vbi ita loquitur, quasi
 homo ille & leges, & consuetudinem certo sciat ea
 nocte omnes Iudæos debere Paschalem esse azy-
 gnum, ideoque non recitauerunt eum locum illi
 domi sua preparare. Quintum, quod principes sa-
 cerdotum, & seniores populi dicant non in die festo,
 nec forte tumultu ferret in populo versus, & Marc. 14.
 2. itaque cum hoc dicebant, aut dies erat festus aut
 adeo propinquus, ut ante illum Christum occide-
 re non possent: inierunt autem hoc consilium, ut
 versus 3. dicemus, initio feris quartæ: ergo aut ipsa
 quarta, aut saltem quinta feria, qua Christus agnus
 comedit die festus Iudæorum erat. Eodem ergo
 die, quo Christus: & agnum ederet, & Pascha ce-
 lebrarunt. Sextum, quod Ioannes cap. 13. aperte
 dicit Christum ante festum diem Pasche, id est pridie
 Pasche agnum comeditisse, sequens igitur dies Pa-
 schæ Iudæi erat: eodem ergo die quo Christus Pa-
 schalem agnum comederunt, & Pascha festum ce-
 lebrarunt. Septimum, quod Ioannes cap. 13. 29. scri-
 bit, *Quid enim putabant, qui loculos habebat Iu-
 dæi, quod dixisset Iesus, eme vsa, que opus sunt nobis ad
 diem festum, erat ergo aut idem, aut sequenti die Iu-
 dæorum festus. Octauum, quod Matthæ. 27. 15. &
 Marcus c. 15. 6. & Lucas c. 23. 17. & Ioan. cap. 18. 39. di-
 cant eo die, quo Christus crucifixus est, solum
 fuisse a Præfide Barabbam, quia die festo Pascha
 solebat Iudæis vincam aliquem vnum, quem peti-
 tuissent, dimittere. Ille igitur ipse dies Pascha Iu-
 dæorum erat. Nonum, quod non hic credibile, Chri-
 stum alio tempore, quam Iudæos Pascha celebra-
 re quod si fecisset coram Præfide, quasi religionis
 reus accusatus esset: cum causam vtriusque aduersus
 illum sacerdotis criminacionum quererent. Deci-
 mum quod si præter Iudæorum morem ante solennem
 & vtriusque diem Pascha celebrasset, & illum ip-
 sū hospitem, apud quem conuauit, & oēs, qui facti no-
 uissent,*

Quo die
 pascha
 celebrata
 fuerunt.

uissent, grauius offendisset, quem ad modum nunc
 si quis sine Episcopos, siue priuatus homo diem
 Pasche ante, aut post reliquum Christianum popu-
 lum egeret, omnes offenderet. Unde decimum, si
 non eodem die Iudæi, quo Christus, egerunt Pas-
 cha, aut Christus diem præuenit, aut Iudæi proce-
 derant: neutrum lex facere permittebat, quem
 ad modum D. Thomas in commentariis in e. Ioan-
 nis 19. confirmat. Duo decimum, si Christus alio
 die, quam Iudæi Pascha celebrasset, & mortuus es-
 set, veritas figuræ minime responderet, non enim
 verus agnus eodem die, quo typicus occisus esset.
 Hæc sententia hæc sententia confirmari potest. Secun-
 da horum est, qui non eodem die, sed vno Chri-
 stum ante Iudæos Pascha esse putant, in qua sen-
 tentia Origenes tractatu in Martham 35. Chryso-
 st. & Theophyl. in e. Ioan. 18. & Euthym. hoc loco, &
 Nicephor. libro. 1. c. 28. sunt, præterquam quod ex-
 istiment Christum legitimam diem præuenisse:
 quæ de quarta post quaestione differemus. Hæc
 opinionem iam diu Paulus Burgensis doctus, & dili-
 gent interpres magnum auctoritatis robur adhi-
 buit. Potest autem & his argumentis comprobari.
 Primum, quod Ioannes c. 18. 28. dicit Iudæos, cum
 Christum coram Præfide accusarent, non aulos in
 pratorium introire, ne profane domus ingressu
 contaminati Pascha edere non possent: nondum
 igitur ederat qui ederat Christus nocte iam præ-
 cedente: non igitur eodem die Iudæi, quo Christus,
 sed postriede agnum ederunt, Paschaque celebra-
 runt. Hoc argumentum efficax, & apertum est, mul-
 tosq; in hanc sententiam Auctores merito traxit.
 Respondent recentiores quidam, quod & Alcu-
 num iam olim respondisse apud D. Thomam lego,
 Pascha eo loco non agnum, sed azyorum panes si-
 gnificare. Cederent, si vilo exemplo, aut auctori-
 tate probarentur. Nunc autem nec illi probant, & al-
 ia ex parte ex lege colligitur, necesse non fuisse, ut
 qui azyorum panes ederent, nudi essent: nec nec lex
 de ea re quicquam statuit, nec id vlla Iudæorum
 traditio introductum credendum est omnib.
 Iudæis futurum intolerabile, cum tam multis, tam le-
 uibus, tam passim occurrentibus reb. contamina-
 rentur, ut vix le diei vnum mundos seruare pos-
 sent: id est aut azyorum septem essent, quo tempo-
 re quilibet fermentum vteretur pane, mortis reus
 erat. Septem, inquit, diebus azyoma comeditur in die
 primo non erit fermentum, sed vni manducantibus, qui-
 cumque comederit fermentum, peribit anima illa de Israel a
 primo die vsq; ad septimum, Exodi 12. 15. quod si cotami-
 nati azyoma vcl non poterant cum tam frequenter,
 tamq; multis contaminarentur reb. quot quæsi-
 homines quotidie etiam festis dieb. dānandi fuis-
 sent? Alii respondēt, Pascha eo loco agni signifi-
 care, sed sensum esse, ut manducarent Pascha eadem
 nocte ante lucem, quā nondum nox illa, qua agnum
 occidi, edere oportebat, præterierat. Erat enim mane,
 inquit Euan. gelista, & non introierunt in pratorium, ut
 non contaminarentur, sed vni manducarent Pascha. Hi
 Auctores eodem verbo, quo sententiam suam pro-
 bare student, refutantur: verbo inquam, illo mane,
 quæbebat enim lex non solum ne totus agnus, sed
 etiam ne quicquid ex illo vsq; ad mane remaneret,
 Exodi 12. 10. quomodo poterat, si mane erat, torti illi
 agnum & occidere poterat, & comedere? Adde
 quod non tā mane esse poterat, ut clara iam dies non
 esset, nec. n. simile vero est Iudæos, quantumvis agna-
 tos rabie, ad Præfide ante lucem, & ætēquā de
 lecto furerent reum adduxisse, ne cuius gratiam ad
 eandem mandum Christum conciliare oportebat,
 cum in portu aduentu offenderent. Cur ergo
 Ioannes, dicit aliquis, quasi de industria verbū il-
 lud mane, posuit, ut significaret sequentē iam diem
 Iudæi esse copiositate, non rellat dies vnus in-
 teger vsq; ad diem, quo Iudæi Pascha celebraturi

erant: itaq; si tunc contaminati fuissent, non Iudæi ha-
 buissent tempus, ut se mundarent. Oportebat
 enim vno saltem die immundum manere. Itaq; stat
 firmum argumentum Iudæos postriede, id est Chri-
 stum, Pascha celebrasse. Secundum est Ioan. 19. 14. *Christus
 autem pascheus Pascha hora quasi sexta. Loquitur autē
 Ioannes de tempore, quo Christus dānatus, & cruci-
 cifixus est, eum q; ipsum diem Pasche pascheus
 appellat, id est pridie ante Pascha, non eum igitur
 Iudæi Pascha celebrarunt. Respondent nonnulli
 non esse sensum, fuisse pascheum sabbathi, que
 incidit in diem Pasche, quæsi dicitur: erat autem
 pascheus diei Pasche: id probant, primum, quod
 nusquam legimus Pascha pascheum vllum ha-
 buisse, neq; oport fuerat, cum pascheus nihil aliud
 esset, quam dies festum præcedens, quo festo non
 licebat, quæ ad victum pertinebant, apparare, iude
 vocata a Græcis παρασκαυη ab Hebræi. פסחא id est
 præparatio, quod in eo, que in diem sequentem
 necessaria essent, præpararetur: die autem Pasche
 non prohibebat lex, sed potius concedebat, quæ
 ad vitam necessaria erant, præparare Exodi 12. 16.
 Dies prima erit sancta, atque solennis. Et dies septima
 eadei solennitate venerabilis: nihil operi factum in eis, ex-
 ceptis vti, que ad descendum pertinent. Deinde, quod
 nusquam legimus pascheum, nisi sabbathi, ut
 Matthæi 27. 62. & Lucae 23. 54. Et dies erat pascheus,
 & sabbatum illud seculum, & clarus dicitur Marcus c.
 15. 4. & cum iam sero esset sabbatum, quia erat pascheus,
 quod est ante sabbatum, ut in e. Ioan. 19. 31. quæsi explicat,
 quid significaret pascheus, dixit esse pascheus, id
 est pridie sabbathi. Hæc omnia vera esse con-
 cedo, sed illud non concedo, idem esse apud Ioan-
 nem pascheum Pascha: ac si dicitur pascheum
 sabbathi, quæ dies erat Pasche, que locutio non
 minus dura, & absurda est, quam si, cum festum D.
 Ioannis Baptiste pridie festi corporis Christi cele-
 bratur, de eo die aliquis loquens vigiliam Iu-
 dæi appellaret, non quod festi D. Ioannis vigi-
 lia esset, sed quod vigilia corporis Christi, quæ in
 festum D. Ioannis incidisset: quis enim iam loquen-
 tem non derideret: pascheum igitur Pascha Io-
 an. ante appellauit, etiam si Pascha pascheum initi-
 turo suo non haberet, quia ut quaestione quarta do-
 cebimus, eo anno Pascha Iudæorum in sabbatum
 incurrerat, & quia sabbatum habet pascheum,
 quod eo anno idem erat Pascha, optimo consilio
 Ioannes diem præcedentem, quo Christus mor-
 tuus est, pascheum Pascha non minuit, ut vno ver-
 bo lector intelligeret diem sequentem, & sabbat-
 um fuisse, quæ pascheum habebat, & Pascha,
 quia eam ipsam pascheum Pascha vocauit, quod
 nemo vti que intelligere potuisset, si absolute dixisset
 fuisse pascheum. Peius etiam mihi videtur
 respondere, qui nullus auctoritate edocuit addu-
 citi locum emendant, & genitium Pascha non le-
 gunt. Itud enim non est scripturam interpretari,
 sed delere. Tertium est quod idem Ioannes eodē
 capite 19. 31. dicit, fuisse magnam diem illius sab-
 bathi, quæsi non vulgare, sed sanctum, atque cele-
 brius, quam ceteris annis, eo fuisse anno: sanctus
 autem esse non potuit, nisi si eodē die Pasche festum
 celebratum est: hæc enim ratio vtriusque mag-
 num fuit, quia & sabbatum, & Pascha. Respondent
 ij, quibus superior sententia magis placet, non
 vocasse D. Ioannem sabbatum illud magnam,
 quod eodem die Iudæi Pascha celebrarent, sed
 quod vna ex diebus azyorum esset. Hi docti licet
 viri non animaduertunt hoc nihil ad id, quod Io-
 an. probare voluit, facere potuisse: rellat de
 enim rationem: cur Iudæi Pascha rogauerint, ut
 Christo, & Iarionibus erura frangerent, quo ci-
 uis animam exhalarent, & ante diem sabbathi de
 cruce tollerentur, quia nimirum die sabbathi tolli
 non po-*

non poterant, & manere suspensa minime decebat, multoque minus eo quod magnum erat: quam ad rem dies azymorum nihil afferbat impedimenti, cum omnibus azymorum diebus, excepto primo, & ultimo, liceret laborare Exodi 12. 16. Itaque nihil sanctitatis, nihil magnitudinis sabbatho adhibebatur. Sensus igitur est fuisse magnum diem illum sabbathi, quia & sabbatum, & Pascha erat, quorum neutro licebat aut corpora deponere, & sepelire, aut in cruce fixa relinquere, ne diei celeberrimi sanctitas mortuorum corporum presentia contaminaretur. Quartum est hoc capite apud Matth. versu 5. & Marci 14. 2. dicebant autem non in die festo, ne forte tumultus fieret in populo, quibus verbis, ut in eius versus explanatione docebitur, noluerunt dicere, qui in eo consilio disceptabant, Christi eodem vsque in post Pascha esse d. ferendam, quem admodum ij Auctores interpretantur, qui Iudeos existimant eodem, quo Christum die egisse Pascha: sed potius voluerunt, vt eius mors acceleraretur, ante quam dies Pasche veniret, qui ipse post duos dies futurus erat: hoc enim eorum iniuria, & crudelitati magis consentaneum est. Sunt, qui dicant sensum esse, conandum, vt ea ipsa nocte ante lucem Christum occideretur, antequam dies Pasche illucesceret, qui & a Christo, & ab illis postried celebrandus erat. Sed hi nimis mihi videntur proferre: nondum enim Iudai comprehendendi Christi rationem inuenierant. Alii putant diem differre voluisse, sed inuenta proditoris Iudaei opportunitate, qui Christum oculo, & sine tumultu tradere posset, consilium mutauisse, & ipso die, quo Pascha celebrabatur, & comprehendisset, & condemnasset. Neque hi videntur considerare, quid Iudai dicant, ne forte tumultus fieret in populo, qui quidem tumultus non tam ex Christi apprehensione, quam ex morte excitari poterat, itaque non poterat Iudaei proditorem eum impedire, non ergo propter inuentum, promptumque proditorum sententiam mutauerunt: nec tam illi Iudaei, quam eorum Iudas opportunitate vsus est, qui cum interlisset, eos de capiendi Christo consilia agitare, noluit homo avarus, & perfidus inuentus mercatoribus vendendi praceptoris occasione amittere. Quintum est Ioann. 13. Ante diem festum Pascha, sciens Iesus, quia venit hora eius, vt transisset ex hoc mundo ad patrem, cum dilexisset suos, qui erant in mundo in finem dilexit eos, & cena facta. vbi dubium non est Ioannem ante diem festum Pascha non quemlibet Pascha praecedentem diem, sed proximum, & pridianum appellare: illud autem dubium esse potest, vtrum de Pascha, quod Christus, ante de Pascha, quod Iudaei celebrantur erant, id sit intelligendum: sed multo est probabilius, vt supra inlecauimus, Ioannem de Iudaeorum Pascha loqui, cum agat de cena, quam Christus egit, & lotione pedum, quae facta sunt initio eius diei, quo Christus Pascha celebravit: itaque non dixisset Ioannes ante diem festum Pascha, sed die festo Pascha, si de Christi Pascha loqueretur, sicut Matthaeus infra versu 17. & Marci cap. 14. 12. dixerunt, prima autem die azymorum cum non de ipsa cena, id est Pascha celebratione, sed de eius preparatione loquerentur, quam pridie Pascha fieri oportebat. Deinde, quia voluit Ioannes fieri oportebat, quibus rebus singularem illum amorem erga discipulos suos, de quo dicit in finem dilexit eos, Christus ostenderit: ostendit autem non esse agni Paschalis, quod singularis faciebat annis: sed lotione pedum, & corporis, & sanguinis sui exhibitione, quod ante non fecerat. Haec autem duo, vt idem Ioannes exponit, peracta iam typica agni Paschalis cena facta sunt: itaque non nisi multam nocte, id est, die Pascha aliquantulum prout fieri poterant: quare non potuit vere dicere ante diem festum

Pascha facta fuisse. Nam quod quidam dicunt, diem festum accipi pro die, quem vocant artificialem ab ortu solis vsque ad occasum, quod dies nondum adueniat, quia vsuatum esse non video, non libere admittit. Reliquum igitur est, vt Ioannes de Iudaeorum Pascha loquatur, quod omnibus comunitur, ac notum erat, & de quo solo poterat lector, quod dicebatur intelligere. Sextum eodem c. 5. 29. discipuli putauerunt, cu Christus Iudaei dixit quod facis, fac citius significare voluisse, vt emeret ea, quae ad diem festum Pascha necessaria erant, quod magis conuenit, si non eum Pascha illud, de quo Christus loquebatur, adueniat: sed in proximo erat: illud autem, quod Christus celebravit, iam adueniat: iam enim, cum haec dixit, agnum ederat. Septimum, si eo die, quo Christus mortuus est, Paschaque celebrauerat Iudaeorum quoque Pascha fuisse, nec licuisset Iosepho homini iusto, & ceteris, qui illi operam dederunt Christum de cruce ponere, ac sepelire, cum sanctae illae mulieres ne ad monumentum quidem ire, & Christum vngere voluerunt propter diem sabbathi Luc. 23. 56. Octauum, minime etiam credibile est principes sacerdotum, & seniores populi qui se religionis conservatores professantur, eaque potissimum de causa Christum accusabant, quod religione violare videretur, in ipsa eius accusatione religionem violare voluisse: quod profecto fecissent, si ipso die festo Pascha omnium sanctissimo, & celeberrimo capitale aduersus Christum causam egerint, cum nullo festo die causam vllam, vel leuissimam agere liceret. Paucum illi quidem nonnulla die sabbathi, quae paucum licere videbatur, sed multo minora, nempe Pilatum adierunt, rogantem, vt sepulchri custodiendum curaret. Ne Christi discipuli proditores: accesserunt etiam ipsi ad sepulchrum, & fortis custodibus, adhibito sigillo munierunt, sed hec omnia vt dixi, leuiora erant, si die festo Pascha hominem vel de media plebe, in iudicium rapere, accusare, condemnare, cruci affigere. Denique non Deum, tamē populū credibile est eos timuisse, ne facti indignitate cogerentur, q. homines die Pascha ad mortē trahi videret, & eum hominem, quem maxima pars sanctissimum Prophetā esse putabat, ipso occideret: hoc n. timore dixerat, non in die festo, ne forte tumultus fieret in populo. Hāc igitur opinionem, probabiliorē in iudicio, quia est fortassis pauciora, multo tamē certe fortiora habet argumenta, quae multo difficilior, q. quae ad probandā alteram sententiam allata sunt, solui possunt. Nam q. primo loco obiectum est Mat. ver. 17. Mar. c. 14. 12. Luc. c. 22. 7. eum diem, quo Christus agnū edit, primum diem azymorum appellare: primum aut azymorum diem fuisse Pascha, non difficile soluitur: Evangelistae nō ex Iudaeorum traditione, de qua quaestione 4. dicimus: sed ex lege loquutos esse: secundum autem legem dies ille, quo Christus agnum comedit, verum Pascha erat. Atq. id fortasse tacite significare voluerunt, cum tam diligenter tempus notauerunt, dixeruntque primum azymorum diem fuisse, non Iudaeos, sed Christum legitimo tempore Pascha celebrasse. Quod si nobis contendere liberet, diceremus, cū discipuli Christi interrogarent, vbi vellet Pascha prepararent, non fuisse primum azymorum diem etiam ex lege, quia nemo dubitare potest, quin id discipuli ante solis occasum die decima quarta primis mensis interrogauerint: post solis enim occasum nimis sero interrogauerint, cum illo postea temporis non parandum, sed eden dum Pascha esset: dies autem decima quarta nō erat prima die azymorum, sed quia prima azymorum dies aspēctabat, dixerunt prima autem die azymorum, quasi dicat, instante prima azymorum die: sicut ergo, cū nondum esset prima azymorum die, id est Pascha Christi, dixerunt, prima autem die azymorum: ita cum nondum

nondum Iudaeorum Pascha esset; id est, primis azymorum die; quia tamen proxima erat, dicere poterunt, primam azymorum diem fuisse: non enim semper Evangelistae punctum tempus designant, sed aliquando more hominum vulgari, quod certum est, quemadmodum vnus Evangelista hora sexta, alius hora tertia Christum crucifixum fuisse dicit, quia inter tertiam, & sextam crucifixus est. Quamquam non ideo haec dicimus, quod vera esse existimus; credimus enim Evangelistas hoc loco de die azymorum, & Pascha Christi loquutos esse, sed vt doceamus, si alia ratione argumentum solui non posset, haec posse. Secundum hoc modo solui potest, discipulos iam a Christo monitos fuisse, ipsum ante alios Iudaeos eo die, quem lex praescribat, Pascha celebrare decreuisse. Iam enim illis dixerat, scitis quia post biduum Pascha fiet, quod ex Luca cap. 22. 7. 8. 9. clarus apparere: venit autem dies azymorum, id est, appropinquauit, in qua necesse erat occidi Pascha, & nisi Petrum & Ioannem dicens: euntes parate nobis Pascha, vt manducaemus. At illi dixerunt, vbi vsu paremus? Vnde peripicuum est, prius Christum discipulis indicasse, velle se die sequenti Pascha celebrare, quam eum discipulos rogare, vbi preparari vellet; sed id alii Evangelistae praetermisserunt, Lucas exposuit. Ad tertium respondeo Evangelistas non de Iudaeorum, sed de Christi, id est, legitimo Pascha loqui, & illo ipso verbo, in qua necesse erat occidi Pascha, Lucas fortasse indicare voluisse Christum, etiam ante alios Iudaeos, legitimo tempore Pascha celebrasse, quo ex lege necesse erat occidi. Quod autem ait Christus, primo die azymorum, in quo Pascha immolabant, non de Iudaeis, qui tunc erant, sed aut de antiquis, qui legem, non traditiones sequebantur, aut de Christo, & eius discipulis intelligendum est, quasi dicat prima azymorum diem fuisse, quae veteres Iudaei Pascha celebrabant, aut qua Christus, & eius discipuli celebraturi erant. Ad quartum respondeo, quamuis Iudaei eo anno, vt postea dicimus, festum Pascha vno de post-pascuerint: neminem tamen ignorare potuisse ex legis praepropto eo die, quo Christus egit, fuisse celebrandum; propterea hospitem illum mirari non potuisse, si Christus eo de celebrare: cum omnes scirent, non Phariseorum traditiones, sed legem Deo soluitur sequi. Facilius etiam soluitur quantum; quod enim Iudaei dicunt, non in die festo, ne forte tumultus fieret in populo, non est argumentum diem iam fuisse factum, cum ista dicebant: nam vt veru 3. docuimus, haec ab illis duodecima, aut tertia decima die mensis dicta sunt: & vero sunt, qui putent lex ante Pascha diebus dicta fuisse: quare colligi inde non potest Iudaeos eodem die, quo Christum, egisse Pascha: nam vtrumque & Christi, & Iudaeorum Pascha appropinquabat, neutrum adueniat. Sicut ergo si Iudaei eodem die, quo Christus, Pascha celebrasset, hoc dicere poterunt: ita si vno post die celebrant, tantum enim dicere volebant expediendam diligenter, & cito rem esse, antequam dies festus adueniret: qui hie duobus, siue tribus, siue vlti voluit, sex diebus abesset, propinquus tamen erat. Ad sextum respondendum est, cum Ioannes dicit, Ante diem festum Pascha, de Iudaeorum Pascha loqui, pridie cuius Christus, cum agnum comeditisset, Paschaque suam celebrasset, illa singulari amoris argumenta, de quo loquitur, discipulis exhibuisse, vt supra supra diximus. Septimum leue est, & a nobis paulo ante ad probandam contrariam sententiam ex eodem testimonio maius argumentum desumptum fuit. Octauum sic soluit potest, Praesidem aut non ipso die Pascha: sed pridie solutum fuisse vinculum vnum abfoluere, quem a se Iudaei postulasent, quod & nunc alicubi sit, & tunc factum fuisse ve-

rosimile est: aut non eo die, quo Christus crucifixus est, Barabbam dimisisse, sed sequenti, qui Pascha Iudaeis erat: dictum autem ab Euangelista esse tunc eum Iudaeis dimisisse, quod tunc potestatem fecerit crastino eum die dimittere. Ad nonum respondeo aut sacerdotes, qui Christum accusant, ignorasse illum ea nocte agnum comedisse, aut non auros esse id crimen obicere, cum scirent Christum ex lege Pascha suam celebrasse. Ad decimum itaq. responsum est, propterea neminem esse potuisse, quod omne scirent secundum legem eo die, quo a Christo celebratum est, Pascha celebrandum fuisse. Ad vndecimum quaestione quarta respondebimus, nec Christum tempore anticipasse, neq. Iudaeos dilulisse, sed Christum secundum legem, Iudaeos secundum traditiones suas egisse Pascha. Atq. hac ratione postremum argumentum dissoluitur: cum enim secundum legem Christus Pascha celebraret: & eadem die mortuus fuerit, recte veritas figurae respondit. Diximus tres in hac quaestione esse sententias. Ite reliqua vna est, de qua nullus interpretum mentionem fecisse video. Rupertus in commentariis in hunc locum eximit Iudaeos partem eodem die, quo Christum partem postried egisse Pascha: eodem quidem die, quae eadem nocte, quae illis, agni immolarunt & comederunt: postried, quia non illum, sed sequentem diem otio, vt festum, celebrarunt, ne duos continenter dies quisecere, ac cessare cogentur: cum dies insequens sabbatum esset. Hoc credibile quidem videtur esse, per quem cum constet ex Ioanne eo die, quo Christus mortuus est, nondum Iudaeos edisse agnum: itaq. probabilius dicere potuisset diem quidem festum eundem, atq. Christi Iudaeos celebrasse: agnum vero Paschalem postried comedisit, vt nonnulli etiam auctores videntur existimare. Quarta nunc videret quaestio, quae est omnium oculos ita erat explicata tamen copiose tertia facit esse. Quae rebar vtrumque Christum, non Iudaei legitimo tempore Pascha celebrarent: si non eodem die celebrarunt. Origenes tractatu 35. in Matth. Chrysofomus & Theophylact. cap. 18. Ioann. Euthymus in commentariis in hunc locum putant Christum vno die tempore celebrandi Pascha a lege praescriptum praeuenisse, cuius rei Chrysofomus & Theophylactus rationem reddunt, vt mortem suam in ois sequentem, qui Pascha erat, referret. Fallit, nisi ista eadem ratione, quam adferunt, resellantur. Nam si Christus die Paschae mori voluit, vt typicam figuram verus agnus impleat, cum constet ex Euangelistis nocte praecedente, id est, eodem die naturali secundum Iudaeos illum egisse Pascha sequitur eum non praeuenisse tempus: sed die a lege constituto Pascha celebrasse. Nec, vt supra diximus, credibile vllio modo est Christum ante legitimum diem Paschae peregrisse: cū omnibus in rebus vsque ad finem vitae, viderem Chrysofomus docet, ad perfectum legem seruauerit, & nunquam licuit tempore lege constituto praeuenire. Hanc denique opinionem cum suis argumentis satis quaestione prima refutauimus. Alii existimant Christum quidem, & legitimo tempore Pascha egisse: Iudaeos vero in sequentem diem non alia de causa transtulisse, quam ne festi celebratione impediti, eo die Christum occidere non possent, quae opinio Augusti, & Hieronymi praesertim nominibus, vulgo commendatur: haud scio, quam vere, nec enim de ea re quicquam legere apud eos auctores memini. Id etiam D. Thom. in commentariis in cap. 18. Ioannis doctē refellit, quod & lex, & consuetudo praecipere, vt si quis vno anno, quod aut mundus, aut impeditus esset, legitimo die non posset Pascha celebrare, mense sequenti die decimaquarta die mensis

Christum & Iudaei ante festum die Pascha celebrarunt.

ar que hanc ipsam opinionem Origenes amplectitur, itemq; Theophylactus in commentariis in ca. 7. Lucae, & Euthymius hoc loco. Quorum nonnulli etiam non omnino improbabiles coniecturae sunt, quod illa de qua Lucas, peccatrix appellatur; hæc, de qua Matth. & Marcus, non peccatrix, sed prophetica potius fuisse significetur. Quid inquit, molesti estis huic mulieri? mirari enim hac vnguentum hoc in corpore meo ad sepelendum me fecit. ver. 10. 11. Præterea illa apud Lucam longo ante passionem tempore Christum vixit, vt ex his, quæ eo loco à Luca narrantur, intelligitur: hæc de qua Mathæus, & Marcus, duobus tantum ante mortem Christi diebus. Scitis quia post biduum Pascha fiet ver. 2. Illa altera, de qua Ioannes, sex diebus ante Ioan. 12. 1. Alii duas fuisse putant, sed quæ fuerint, inter se differunt. Hieronymus hoc loco, & Bernardus in sermone de Maria Magdalena vnam illam fuisse putant, de qua scribit Lucas; alteram eandem de qua Mathæus, Marcus, & Ioannes: illam Lucæ ab hac fuisse diuersam. Ita probant, quod illa longe ante Pascha, & mortem Christi; hæc imminente morte vixerit Christum: dein quod illa pedes tantum; hæc pedes, & caput vnxerit, vt postea explicabimus. Hanc vero, de qua Mathæus, Marcus, & Ioannes scribunt eandem, & vnam esse ita docent, quod eodem tempore, eodẽ loco vnxerit Christum. Chrysol. vero homilia 51. in Mathæum & 61. in Ioann. Leontius, & Theophylactus in cap. Ioan. 11. mulierem, de qua Lucas, Mathæus, & Marcus scribunt, eandem; Euseb. vero, de qua Ioannes, diuersam fuisse putant hoc, opinor, argumento, quod & Lucas, & Mathæus, & Marcus apud Simonem vnxisse dicant, quem, vt diximus, eundem fuisse putat Chrysol. Ioannes vero non apud Simonem, sed potius in domo Lazari, aut fororum eius vnxisse indicet, cum dicat Mordham ad mensam ministrasse cap. 12. 2. Alii vnam tantum, de qua quatuor Euangelistæ meminerunt, fuisse dicunt. vt Augustin. lib. 1. de consensu Euangelistarum c. 69. Gregor homilia 35. in Euangelia, vt quidem videtur, Beda hoc loco, & in c. 7. Lucae, quod ego multo arbitror esse probabilius. Primum, quod tacitus Ecclesiæ sensus in hac parte inclinæ. Deinde, quod Ioannes c. 11. 2. volens describere Mariam sororem Lazari, & Marthæ Mariam autem, inquit, erat, quæ vnxit Dominum vnguento, & extersit capillum suum pedes eius: qua descriptione minime visus fuisset, si plures fuissent mulieres, quæ pedes Domini vnxissent; nec enim lesior, de qua ex multis loqueretur, intelligere potuisset. Omnia autem argumenta, est multa sunt, quibus plures fuisse probatur, minus, quam hoc vnum, habent ponderis: nam quod illa de qua Lucas loquitur, longo ante tempore Christi pedes vnxerit, non eo valet, vt probetur diuersam fuisse mulierem, sed factum diuersum: quod non solum concedimus, sed paulo etiam post probaturi sumus; quod autem illa pedes, hæc caput vnxerit, aut nihil aut idem probat: non semel eandem mulierem, sed bis vnxisse. Adde quod est Lucas non expressit, credibile est illam etiam Lucæ mulierem Christi caput vnxisse; cum enim, vt postea docebitur, consuetudo regionis fuerit in conuiniis non pedes, sed caput vngere, credendum non est ipsam mulierem prætermissis capitis, vnde incipiendum erat, solos vnxisse pedes. Et quidem apud Ioannem simile legitur exemplum. Nam cum ex Mathæo, & Marco conllet eandem mulierem secundo instante Christi passione eius caput vnxisse, Ioannes non nisi pedes vnxisse dicit; nimirum, quia neminem putabat tam exigui fore iudicii, vt intelligeret pedes vnxisse, non caput; nominatur ergo Lucas, & Ioannes eam partem eo potius, quæ vngi non solebat, vt ex ea cætera,

A quæ vngi solebat, vna etiam fuisse intelligeretur, & vt singularis charitatis, & studii erga Christum factum declararet, ideo eodem periculis, quod dicitur capillum suum Christi pedes teruisse; id enim singulare erat, & insolitum fieri; hoc est, quod apud Lucam Christus Simonem obiicit cap. 7. 44. 46. Intraui in domum tuam, oleo caput meum non vnxisti, hæc autem vnguento vnxit pedes meos, quasi dicat, tu mihi caput non vnxisti, quod vngi solet, hæc non solum caput, sed etiam pedes vnxit, qui vngi non solet. Quod autem illa apud Lucam peccatrix appellatur; hæc vero, de qua alii loquuntur Euangelistæ, non peccatrix, sed sancta fuisse videatur, non est argumentum fuisse diuersam, sed diuerso tempore diuersis fuisse moribus, vt recte D. Augustin. & Beda respondent. Cætera, si quæ sunt argumenta, in tertis questionibus explicacione dissoluentur. Quærebatur autem, an idem fuerit factum. Qui plures dicunt fuisse mulieres, plura quoque facta fuisse dicant, necesse est; qui vnam vnum fuisse dicant, necesse non est; sed plerique tam edicunt. Alii vnam fuisse quæ ter vnxerit, primum apud Lucam longe ante passionem, secundo apud Ioannem, sex diebus ante Pascha, tertio apud Mathæum, & Marcus duobus tantum ante passionem diebus. Alii vnam fuisse, quæ bis vnxerit; primum apud Lucam longe ante, secundo apud Mathæum, Marcum, & Ioannem imminente Christi passione; ita sentit Ambrosius in cap. 7. Lucae, & Augustin. lib. 1. de consensu Euangelistarum. cap. 69. & Beda hoc loco, quem ego sententiam omnino probabilissimam esse arbitror. Vnam fuisse mulierem superiore questione probatum est, bis vnxisse probandum nunc est; quod idem ferme rationibus probari potest, quibus alii diuersas fuisse mulieres probare solent, quod tunc peccatrix fuerit, nunc sancta, tunc longe ante passionem; nunc instante passione. Adducunt autem, quod tunc pedes tantum, nunc caput, quasi tunc peccatrix tunc sancta esset, quæ Christi caput attingeret; quod Augustin. & Beda solent dicere; sed hoc paulo ante refutauimus: probandum etiam est non lapsus, quam bis Christum vnxisse, vt eximare diximus quosdam. Id autem sic ostenditur: sicut vnxisset, aliud esset factum, quod Mathæus, & Marcus, aliud, Ioannes narrat: nam Mathæus, & Marcus idem narrare factum perspicuum est. At Ioannes non diuersum, sed idem factum narrat, quod ex multis circumstantiis apparet ex eodem loco Bethaniam, ex eodem vnguenti genere nardo preliæ preciosi, ex eadem Iudeæ murmuracione, ex eadem defensione Christi; quis enim credat, si quatuor tantum diebus ante eundem murmuracionem Christus reprehendisset, tam cito in factis omnino simili, hanc non eodem, iterum fuisse murmuracionem? Duo tantum sunt, quæ huic sententiæ non bene videntur conuenire, alterum quod Ioannes scribat id ante sex dies Paschæ accidisse, Mathæus, & Marcus biduum ante Pascham; sed Augustinus, & Beda recte respondent Mathæum & Marcus per *biduum* loquentes esse, quia non seruat ordine temporum; cum iam dixisset post biduum Pascha fieri resumpturum, quæ sex diebus ante Pascha facta fuerant, quæ ipsæ ante, quia necesse non erat, non narrauerat: nunc quia necesse est, narrat; vt occasione declararet, quam Iudas aucupatus est Christi vendendi, quod auarissimus esset homo, egregy ferret non quidem vnguentum ex vase, sed vnguenti precium ex manibus suis effuxisse, quod Ioannes magis exposuit c. 12. ver. 6. Dixit autem hoc, non quia de egenis pertinebat ad eum, sed quia fur erat, & loculos habens, ea, quæ mittebantur portabat. Alterum tam à nobis explicatum est, quod apud Mathæum, & Marcus solum caput, apud Ioan. solos pedes ca-

*Magdalenam
bipin, an a
piu Christi
fuit vna.*

*Quid significet
si alabastrum
fuit.*

mulier vnxisse videatur; vt vtrumque enim & caput, A & pedes vnxisse diximus, sed vt Augustin. ait, sepe apud Euangelistas vsu vani, Mathæus vnam partem, Ioannes alteram exponit. Cuius rei ratio etiam aliqua, non improbabili reddi potest; Ioannes non Christi passionem, sed totam historiam seruat ordine temporis exponebat, volebatque eius mulieris in Christum singularem charitatem explicare, propterea omnia capitis vntione, quæ vulgaris erat, pedes, quod erat rarum, vnxisse dixit. Mathæus vero, & Marcus non id agebant, vt mulieris singularem affectum commendarent; sed vt Iudas declararent auaritiam, quæ eum ad vendendum Christum impulsisset; de qua venditione, totius passionis ordine dicere aggrediebantur, quam ad rem nihil attinebat dicere, vtrum mulier caput, aut pedes vnxisset, id est, quod fieri solebat, id tantum dixerunt, vnxisse caput. Illud vero, quod ad rem maxime pertinebat, diligentissime exposuerunt, vnguentum magnum fuisse pretij, hoc enim Iudas auaritiam, & cupiditatem accendit, quam illi volebant explicare. Summa igitur est, eundem fuisse Simonem, apud quem Christus bis conuiuio exceptus est, quem multi eruditi à Christo inter alios leprosum à lepra fuisse purgatū. Theophylactus vero scribit nonnullos existimare illum fuisse eundem, apud quem Christus vlcimam cum discipulis cenam egit, sed hoc secundum verum, refutabimus; vnam tamen fuisse mulierem, eamque Lazari, & Marthæ sororem, quæ Maria Magdalena dicebatur, vt ex Ioanne cap. 11. 2. colligitur, & de qua Christus Iudas eiecerat de monia Marci 16. 9.

In domo Simonis Leprosi. Recte Hieronymus & Beda mouerunt, credendum non esse tunc Simonem fuisse leprosum; nec enim Christus ad eum diuertisset, certe in ciuitate ille non habitasset, cum leprosi à cæterorum hominum consortio remouerentur, sed aliquando lepram habuisse, ex qua etiam iam curata leprosi non men tenuissent. Diximus modo quorundam esse sententiam illi prius à Christo curatum fuisse, quod eo est probabilius, quo plus ille caritatis erga Christum ostendit, quæ accepti beneficii memor. Illud autem mihi non videtur esse necessarium eu in aliquando fuisse leprosum: poterat enim etiam ille leprosus non esse, aut propter lepram similitudinem, aut propter aliquem ex maioribus suis, qui lepram habuisset, leprosus cognominari, sicut videmus quosdam Rufos, quosdam Barbatos, quosdam Tonfos appellari, cum nec illi Rufi, nec illi barbati, nec illi tonsi sint. Queritur potest, cur neque Mathæus, & Marcus Phariseum, neq; Lucas leprosum appellauerit, id fortasse nullum habet opera precium, sed coniectura aliqua est Lucam, cum prædicationis Christi initia narraret, personæ, à qua exceptus esset, qualitate exponere voluisse, vt indicaret etiam inter Phariseos fuisse nonnullos, qui Christo operam darent, Mathæus autem & Marcus, cum non id agerent, noluerunt Phariseum, quod cognomen tantum illius non erat, sed nomen sectæ communes, aut leprosum, quod eius cognomen erat, appellare.

7. Habens alabastrum vnguenti. Plerique alabastrum vas ex lapide alabastrum factum interpretantur, quo vnguentum solebat afferuari, quod ex ea materia fieri solebat, quæ humorem vnguenti diutissime conseruaret, Plinius q; Auctorem citant lib. 13. c. 2. & lib. 35. c. 8. Repugnat quod ait Marcus c. 14. 3. & fracto alabastrum effudit super caput eius; quo enim modo tam facile confingere potuisset, si ex materia fuisset alabastrum? Sunt qui dicant, prius vnguentum effudit, deinde fregisse vas, cum nihil iam in eo remansisset vnguenti, quod mihi nullo modo probari potest; primum,

quod Marcus ita loquitur, vt non obscure significet prius fregisse vas, deinde vnguentum effudit, atque ideo fregisse, vt vnguentum effunderet, non enim alabastrum, sed vas, quod vas, quod effudit, effudit super caput eius. Deinde de qua ratio ipsa docet propterea fregisse vas, vt copiosius vnguentum efflueret, nihil in vase remaneret; ea enim ratione abundantem charitatem pia mulier ostendit, quod in vnguento Christo vsq; adeo vnguento non pepercerit, vt vas etiam confregisset; ne quid, etiam veller, retinere posset. Nam, effuso iam toto vnguento quorsum obsecro vas confregisset? Seruasset potius, vt iterum in illud vnguentum infunderet. Credo ergo esse probabilius ex alia fragili materia fuisse vas factum, sed alabastrum appellatum, aut quia ex alabastrum vnguentum vas fieri solebat, ita vt etiam ex alia materia aliquando fierent, alabastrum dicerentur, aut quia ea erat forma, vt a sua careret, qualibus etiam nunc in Myropolis & pharmacopolas vti videmus; id autem alabastrum non significat, vt Suidas adnotat.

Propheta. Dicitur grauis pretij, vt Latini etiam aliquando loquuntur, aut vt alii habent codices, magis pretij, quemadmodum apud Marcum cap. 14. 3. & apud Ioannem cap. 12. 3. legitur. Nec enim ad totam vnguenti qualitatem, sed etiam ad copiam referendum esse mihi videtur, vt non solum sensus sit vnguentum adeo fulgidum, vt etiam parum magnum pretij esset, sed etiam tanta copia esset, sicut fuisse, vt magis esset pretij, quemadmodum Iudas in hac re operum interpres dixit ver. 9. Vt quid perditio hæc potuit istud vnguentum vendidit multo; id Ioannes magis explicauit; dixit enim eam mulierem hanc vnam vnguenti effudit. Hunc esse sensum, vt credam, mouerit verba Marci & Ioannis, qui vtrumque dixerunt, vnguentum & pretiosum fuisse, & pisticum, fuita tamen libet interpretari, vt pisticum, probatum significet, de qua et paulo post distremus. Quod enim ad nardum, non ad vnguentum epithetum illud referatur, aut nihil, aut parum interet. Marcus, & Ioannes ita dixerunt, vnguenti nardi pistici, aut vt Græce est, pisticæ pretiosæ, quod quia huic loco Mathæus coniuictum est, explicare obiter libuit. Nardus quod sit philosophi, & medicis tradiderunt. Apud Plinium, & Dioscoridem, quicquid de ea re lector desiderabit sic se reperiet; illud ex sacris etiam literis intelligimus mira fragrantia fructicem fuisse Cantorici 1. 12. Dux esse rex in accubitu suo, nardus mea dicit odoratum, & cap. 4. 13. 14. Emphorici tunc paradisi malorum Phnicorum cum pomorum fructibus, Cyprium nardus, nardus, & cæcis pisticæ, & cinnamomum cum vniuersis lignis Libani, myrrha & alit cum omnibus primis vnguentis. Nardum ergo pisticum ex loco nardi nonnulli esse putant, vt D. Augustinus tract. 50. in Ioann. quod ideo à pisticæ receptum est, quod nullum eiusmodi apud Cosmographos locum legamus. Communis, ac magis recepta interpretatio est, quam paulo ante attingimus, pisticum vocari nardum, quasi fidele, probatum, non falsum non adulterinum, vix enim fides est. Ita Euthymius, & Theophylactus in commentariis in ca. Marci 14. Suam cuique licet sequi sententiam, sed hæc mihi non placet. Primum non nardus, sed nardi vas appellanda erat, vt fidelis, vt probata esse significatur. Deinde hoc ipsum nomen nardi eo sensu nimis fuisset insolens, & inauditum; nec enim de rebus inanitis dicitur vsquam legitime meminisse, præterea non nardus, sed vnguentum potius pisticum appellatum fuisset, non enim nardus, sed vnguentum myropolarum artificio, & auaritia corrumpti, & adulterari poterat, videmus autem Euangelistas vnguentum quidem pretiosum

De Nardo.

*Quid significet
tum pisticum.*

tionem, nardum autem pisticum appellasse. De quo si fides esset vnguentum pisticum, quod probatum, & optimum, idem etiam esset, quod pretiosum; at Evangelistae distinguunt, quasi aliud pisticum, aliud pretiosum sit. Auctor ille, quisquis fuit, qui in Marcum commentarios scripsit, qui Hieronymi nomine honoratur, pisticum nardum interpretatur myrrum, quod vnguentum illud Christi, vti se ait, sepulchrum significaret. Quod nescio an Evangelistis venerit in mentem. Propius accedit ad veritatem, quod nonnulli suspicati sunt apud Marcum & Iohannem pro pistico legendum esse spicata; atq; Beda quidem hoc loco, & in commentariis in Marcum c. 14. et legit, & interpretatur, neque alterius lectionis mentionem facit, quasi in omnibus tunc codicibus ita legere. At sententia quae valde convenit, si lectio constaret. Scribunt enim Plinius, & alii auctores medici vridem Beda adnotat auctor multarum rerum sciens, & experiens ex nardo duplex fieri vnguentum sceleratorem ex foliis, alterum ex pistico, quas in summa parte frequentes habere dicitur, atq; hoc secundum optimum esse, sed quia non iudico scripturam sine certis, firmisq; coniecturis corrigendam, alia potius sententia, quam alia lectio querenda nobis est. Non pudebit in re bona auctoris mali. Observavit scriptor quidam minime Catholicus ex Atheno lib. 1. & ex Plinio lib. 15. c. 1. duo fuisse olim in viti vnguentorum genera alia crassa, & sordidiora, quae non facile funderentur. cuiusmodi hodie fere sunt omnia, quae vulneribus adhibentur: alia liquida, & quasi potabilia, quae ad fundendum apta essent; hoc ergo Evangelista significare voluisse, vnguentum liquidum fuisse, & quasi potabile, propterea fundi in caput, & pedes potuisse, dictum igitur est vnguentum. *Etiam dicitur potare*, quod est potare. Illud contra hanc interpretationem obici videtur posse, quod ille non animadvertit, hac ratione non nardum, sed vnguentum pisticum appellandum fuisse, non enim nardum, sed vnguentum liquidum erat. Facit responsio nardum pro vnguento ex nardo confecto positum esse, ac si dicerent vnguentum nardum pistici pretiosum. Consuetudinem autem inter Iudaeos, & Orientales nationes fuisse, vti in conuiviis celebratoribus, qui teuitati erant, vngerentur c. 6. 17. adnotauimus, huc enim Christus alludit, cum dixit; *Tu autem, cum tecum vnguentum caput tuum*, quasi dicat, hinc te oportere conuivatum esse: hinc, quod hac eadem muliere, cum bis Christum vnxerit, non nisi in conuiuio vnxerit; sic illud quidam interpretantur, quod Psalm. 22. 5. legimus; *Parasti in conspectu meo mensam, impingasti in oleo caput meum*; & illud Psal. 105. *Oleum autem peccatorum non impinguet caput meum*, petens enim est, ac si diceret; malo a pud Iudaeum male tractari, quam apud Iudaeum bene.

8. *Videntur autem discipuli.* Eodem fere modo Marcus scribit c. 14. 4. Erant autem quidam indigne sedentes intra semetipsos: itaque signi ficare videntur duo hi Evangelistae aut omnes, aut plures Apostolos, ob vnguentum effusionem murmurasse; & quidem D. Augustinus lib. 2. de consensu Evangelist. capit. 69. fieri putauisse, vt auctore, & duce Iuda, murmuratoremque inchoante alii discipuli aut assensum praeberint, aut ipsi etiam murmurauerint; alio tamen animo, quam Iudas: illi pauperum caritate, iste auaritia. Non fuit hac interpretatione, quamuis paulo diutius, contentus Caluinus, sed plane omnes Apostolos murmurasse dicit; eosq; homo prudentissimus Iudas appellat. Ex Ioan. c. 12. 4. solum Iudam murmurasse manifestum est, vt Chryl. Euthym. & Theophylact. Hieronym. Augustin. & Beda notauerunt. Quod ergo alii duo Evangelistae plurali vbi sunt numero, per syllepsim fecerunt figuram non raro ab illis usatam, vt multis iam locis obseruauimus.

Inharm. Apoll. Caluini defensor.

Syllepsis in ipso famulatio.

mus, quem ad modum ca. 14. 15. Mathaeus dixit discipulos Christi in terram gassa, vnde emere possent panes, vt turbam illam quing millium hominum exsaturarent, Ioannes vero cap. 6. 7. exponit solum Philippum id interrogasse. Clarissimum vero exemplum est, quod Mathaeus ca. 27. 44. scribit Iatrones, qui cum Christo crucifixi erant, illi improperasse; *Sis filius Dei es, salua te metipsum, & nos, cum ex Luca cap. 23. 39. certum sit vnum tantum Iatronem hoc fecisse, neq; id, vt opinor, Caluinus negabit; nec enim tantum Iatronem, quantum Apostolis iniuriam voluit facere; de quibus peius fere vbiq; quam de Iatronibus loqui solet.*

9. *Potuit enim istud.* *Etiam dicitur hoc vnguentum.* *Et datur pauperibus.* Ioannes c. 12. 6. exponit, quo animo id Iudas dixisset, dicit, autem hoc, non quia de egenis pertinebat ad eum, sed quia iur erat, & loculos habet ea, quae mittentur, portabat. Eodem nimirum animo quo Caluinus nunc murmurare solent in Catholicis Ecclesiis vasa argentea, & aurea, aliam pretiosam esse suspelle dicitur; hanc enim pauperibus potius tribuenda, his pauperes ornandos, qui templum Dei viuunt, quasi tunc templum Dei non fuerint, non igitur nos, sed Christus, & Ioannes illa respondent.

10. *Sciens autem Iesus.* Intelligens Iudae verba, cogitatione neque percipiens, quantumuis clam, & tacite loqueretur, voluit enim Euangelista Christi diuinitatem in sinuare, vt supra cap. 9. 4. Et cum vidisset Iesus cogitationes eorum, dixit, *Vt quis cogitatus in cordibus vestris?* & cap. 12. 25. *Iesu autem sciens cogitationes eorum dixit eis.* Omne regnum diuini contra se, de gloriatur. Haec ratione exprimit Marcum discipulos intra se agere tulisse, & murmurasse: quasi dicat non verbis, sed animo id fecisse: nec enim sensus est, vt quidam haereticoeum putant interpretet, *Etiam dicitur apud se, id est, inter se alios cum alii murmurasse, sed apud se, id est, apud animum suum, quod ipsum solus, vt diximus, Iudas fecit, idque Christum fugere non potuit.* Hoc ergo est, quod Mathaeus dicit, *sciens autem Iesus.*

11. *Ad sepeliendum me fecit.* Mortuorum corpora, antequam sepulturae mandarent, solita fuisse apud Iudaeos vnguentis, & aromatibus condiri constat ex Genesi cap. 50. 1. 26. & ex Marco cap. 16. 1. & Luc. cap. 23. 56. & 24. 1. & Ioan. c. 19. 40. Significat ergo Christus mortem suam adeo esse propinquam, vt mulier illa, quasi diuina paulo post sepeliendum in sepulchrum vnxerit, non quod illa de eare fortasse quidquam cogitauerit, sed quod iam commo do vixisset, vt ea de causa vnxisset: deatuer: significat etiam facta esse eam propterea se nunc vixisse, quod futurum esset, vt post mortem vngere non posset, quem ad modum Marcus cap. 14. 3. indicauit: *quod habuit, hoc fecit, id est, quod potuit, & quia illi licuit, me ad sepeliendum de more vngentis condidit: praenit, inquit, vngere corpus meum in sepulchrum:* Ita, aut simili certe ratione, quod Ioannes scribit cap. 12. 6. intelligendum est, sine illam, *in diebus sepulture meae fecit illud, quasi dicat: quia quo tempore sepeliendum sum, vngentem non habebit, postea enim emerit aromata sine nunc eam vngentem hoc in die illam ferre: ferat autem, quia me nunc vngit, quod tunc facturum erat: id clarus dicitur ex Graeco, *etiam post mortem vngit illud, id est, ita collocauit vngendo me, vt perire non posset, quem ad modum si pecuniam seruasse dicas, quia eundem emerit, quia perire non potest, sicut si sicu erum tulisset, aut in arcu la seruasse, perire potuisset; expendendo igitur seruauit.* Voluit Christus mulieris factum, quod necessarium aliquo esse non videbatur, vbi, & consuetudine vngentis mortuos, pietate erga se excusare, simulque illam murmuratorum praeferre, quod cum ille de se videndo, illa de se vngendo.*

Caluini Apoll. in sinu.

Stilla Cal. vngentis non dicitur in tra templum.

Christi diuinitatem.

Euangelia pro Euangelicis habita.

vngendo, & quodammodo sepeliendo cogitaret, non quod ipsa fortassis intelligeret, sed quod tacito quodam S. Spiritus impulsu facere videtur; quare reprehendum non est factum, quod & per se ipsum, & mortuo necessarium esset, & ex Spiritus sancti imitatione proficisceretur. Quare a quibusdam solere videtur, quod factum fuisse putat, vt si Christus confusus fuisset, ante admittitur, probaturusque non esset, factum tamen iam excusauerit. Id mihi non placet, & quia ita Christus defendere factum videtur, vt etiam si ante confusus fuisset, approbaturus fuisse videtur, & quia antequam mulier vngere inciperet, ignorare Christum non poterat, quia factura esset, nec illam tamen auerit, quia iam alia apud Lucam cap. 7. 38. vngit se ab eadem muliere permiserat, & factum non recusat mortuo, sed etiam laudauit, eamq; ob rem peccata mulier dimisit. Adm. sic ergo Christus delicias, non quia deliciae, sed quia caritatis efficaciae erant. Colligit ex hoc loco Caluinus non esse hoc factum ad exempli imitationem vsurpandum, vt ne gloriari pauperibus in res alias pijs bona nostra consumamos, quod factum non ordinarium fuerit, sed singulare. Doleat adhuc, vt opinor illi vngentum illud usum, pauperes igitur semper habebimus nobiscum, qui neq; negare non sunt, sed minus delicias & honorificas tradandi, quam Christus. Neque singulare factum est, quod intra tres annos ab eadem muliere bis repetitum est, neq; imitandum non est, quod caritatis & pietatis, & semper multum a Christo laudibus celebratum. Alius ex aduerso haereticus colligit, licet hominibus pia, & religiosa vti delicias, licet Christus vixit sic hic se, alioque nonos Euangelii Ministros excusare, opinor voluit, delicias enim homines sunt. Nos duo colligamus, alterum, quamuis, quod pauperibus sit, Christus sibi factum putet, vt cap. 25. 40. testatur est. *Quamdiu fuerit vni de his fratribus meis minimis, mihi factus:* magnum tamen inter ipsam Christi personam, & pauperum esse discrimen, maiorisq; esse merit, ac pietatis Christum ipsum aut vestire, aut alere, quam pauperes, vt etiam Theophylact. hoc loco notat. Alterum est multa esse, quae haereticoeum, & prophatorum hominum iudicio absurda ac ridicula videantur, Christi vero iudicio pia, & charitatis plena sint, qualia sunt ornamenta, quae in Christi honore insecuta in Ecclesiis nostris haereticoeum, quem ad modum solebant olim Gentiles deridere, quod idem Theophylact. indicauit.

12. *Amen dico vobis, vbi cumq; predicatum fuerit hoc Euangelium.* Haec Evangelica historia: quod in praefatione ad quatuor Evangelistas monimus singulare esse, nec enim alium locum, quam hunc adnotat Marc. 14. 9. reperimus, vbi nomen Euangelii pro Evangelica historia vsurpetur.

Dicitur, & quod hoc fecit in memoriam eius. Ipsius mulieris, id est, huius mulieris memoria, & laus, vbi cumque Euangelium predicatum fuerit, celebrabitur, omnes enim factum eius egregium collaudabunt. At mihi quidem vixit Iudae murmuratori, atque reprehensio totius orbis terrarum iudicium, defensionem & laudem opponere videtur, quod dicitur; quod tu maligne reprehendis, omnes omnium saeculorum homines magnis laudibus celebrabunt. Nimirum hoc illud est, quod iam olim David Psal. 117. 7. dixit. *In memoria eterna erit iustus, ab auditione malis non timebit.* id est, vni de illo male loqueretur, & Salomon Proverbiorum 10. 7. *Memoria iusti cum laudibus, & nomen impij cum periret.*

14. *Tunc abijt.* Auctores quidam aduerbium, Tunc

ad sex dies ante Pascha referri volunt, vt Chryl. Theophylact. & Euthym. quo tempore mulier illa vnxerat Christum, vt scribit Ioan. c. 12. 3. Alii ad biduum ante Pascha, quo tempore diximus v. 3. principes sacerdotum, & iuniores populi in concilio conuenisse, vt de perendo Christo deliberarent, sic Beda, atq; haec magis in Ecclesia vulgata sententia est. Quamquam argumentum, quod a nonnullis, vti probent, afferri video, quod Ecclesia olim conuenerit quarta feria ieiunare, quia eo die Christum Iudas vendidit, me non mouet, nec enim eam ob causam, sed propter concilium, quod principes sacerdotum ad occidendum Christum eo die coegerant, vni Ecclesia ieiunabat vt Augustinus epistola 86. & Theophylact. in cap. Marc. 14. de eorum. Illud me magis mouet, quod Mathaeus scribit ver. 16. *Et exinde quarebatur opportunam, vt eum traderet;* in die enim apparet aliquot ante Pascha diebus Iudam cum Iudas de Christi venditione conuenisse, quae sola ratio impellit me, quo minus credam venditionem ipsa nocte, qua Christus supremam egit coenam; aut non multo ante noctem, factam fuisse, quia ante Christum non erat Hierosolyma, sed Bethania, & non videtur esse credibile, Iudam ex Bethania dimisso cum aliis Apostolis Christo ad tradendam venditionem venisse Hierosolymam, ne dum Christum prodeire volebat, concilium suum proderet, sed tamen quia Mathaeus, & Marcus aperte dicunt ex eo die, quo Iudas pretium cum Iudis constituit, oportunitatem tradendi eius quaesivisse, necesse est, vt credamus aliquot diebus ante Pascha constitutum fuisse pretium, quibus omnibus diebus oportunitatem quaesivisset. Ceterum duobus diebus potius quam sex id factum esse, vt magis est vulgo receptum, ita est probabilis; quia, vt supra diximus duo diuersa fuisse coecilia, illud, de quo Ioannes cap. 11. 47. 48. & cap. 12. 19. & hoc de quo Math. hoc cap. ver. 3. & Marcus c. 14. 1. scribit. In concilio apud Ioan. constituerunt expedire, vt Christum occiderent, auctore summo sacerdote Calpurnio in hoc apud Mathaeum, & Marcum non iam consultabant ad occidendum, sed quomodo occidendum esset: itaque certum inde sumitur argumentum nondum illi dixisse Iudam, quod Mathaeus scribit infra ver. 15. *Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam?* Si enim dixisset, non iam de modo prahendendi Christi in concilio discipulissent; sed conditionem a Iuda oblatam libenter accepissent, sicut Marc. cap. 14. 11. & Lucas cap. 22. 5. dixerunt principes sacerdotum auditu Iuda quos illos esse, pactoque pecuniam illi dare. Probabile ergo est eodem die, quo principes sacerdotum secundum concilium coegerunt, vt de modo capiendi Christi deliberarent Iudam, cum id odoratus esset, ad eos venisse, operam quam promississet, vt auctores quidam vulgo tradunt.

Primo de dudum. Hoc ideo dixisse videtur Evangelista, vt sceleris magnitudinem indicaret, quod cum vnus ex duodecim esset Apostolis, Chryl. domestico, quo tempore mulier, & externa, & non ita multo ante peccatrix singulari pietas, & charitatis officio Christum prosequatur, ipse vendidit: vt Chryl. Theophylact. & Euthymus admonuerunt.

Qui dicebatur Iseriotes. Duo expressit nomina Iudae, ne ceteris Apostolis faceret iniuriam, si non nominasset, reliquisset enim leuorem dubium, & de alijs, qui innocentes fuerant, suspicandi occasionem praebisset; Iseriotes vero, vt ab alio distingueret Iuda ipso etiam Apostolo, qui Iacobi cognominatus est Luc. sexto. decimo texto. Ista Chryl. Euthymus & Theophylact. Cur autem Iudas Iseriotes vocatus

masse eum fuisse Simonem Leprosam, apud quem
 sex ante diebus Christus conasse dicitur, eumque
 patrem fuisse Lazari. Magis etiam alienum hoc
 est: Simon enim ille non Hierosolymæ, sed Be-
 thania habitabat; Christus vero non Bethania,
 sed Hierosolymæ Pascha celebravit. Refutabimus
 quæ speciem nullam habent veritatis; sed quis
 homo ille fuerit, cogendi non sumus dicere; nec
 enim Evangelistis, qui eum nominare noluerunt,
 sapientiores sumus, sed si sequamur, quo verita-
 tis ducit similitudo, probabile nobis videtur esse,
 Iudæum aliquem fuisse hominem diuitem, & no-
 bilem, qui in Christum credidisset, illique esset
 familiaris, sed occulte tamen, qualem Iosephum
 ab Arimathæa, & Nicodemum fuisse, legimus Io-
 an. 19. 38. 36. Itaque si quis aliquem ex illis fuisse
 suspicetur, temerarium non iudicauerim, modo
 suspicetur, non affirmet, nam conculum ma-
 gnum, & bene ornatum ostendit non plebium
 fuisse hominem; quod Christus Magister illi appel-
 latur, indicat fuisse discipulum, quod iubet illi di-
 ci, *tempus meum prope est*, declarat fuisse familia-
 rem.

Magister dicit. Videtur Christus hoc nomine
 auctoritate suam, cui nemo potest resistere, de-
 clarare voluisse, quasi dicat, Deus dicit, sed Magi-
 strum se potius, quam Deum, aut Dominum vocat,
 quia tamquam homo cum hominibus loque-
 batur, fuit eadem usus auctoritate cum discipu-
 los ad solvendum pulsum mitteret, dixit. *Si quis vo-
 bis aliquid dixerit, dicit, quia Dominus his opus habet,
 & concessum dimittit eos*, supra c. 21. 3. Euentusque
 postea docuit, quantum hoc nomen momenti ha-
 buisset, quia simul atque Dominum discipuli nomi-
 ninarunt, domini pulli eos dimiserunt, Marci 11.
 6. & Lucæ 19. 37.

Tempus meum prope est. Sunt qui putent his ver-
 bis Christum excusare voluisse, quod ante alio-
 rum Iudæorum tempus Pascha celebraret. quasi
 dicat se ad præueniendum Paschæ tempus immi-
 nentis mortis necessitate cogi. Probabile hoc est,
 & nostram de Paschæ Christi ante alios Iudæos
 celebrationem sententiam confirmat; sed illud et-
 iam fortasse probabilius, Christum his verbis a-
 micitiam erga hominem illum, & familiaritatem
 declarare voluisse, quod ex hoc mundo abiturus
 vltimam apud eos cenam, eamque non invita-
 tus, sed familiarissimorum amicorum more spon-
 te sua agere voluerit. Quod autem non dicit, mors
 mea, sed *tempus meum prope est*, hanc videtur habe-
 re vim, ut Christus ostendat se nec temere, & casu,
 nec Iudæorum vi, aut arte eo tempore morituri
 esse, sed quia tempus illud ad moriendum consti-
 tutum sibi à patre erat, hoc est tempus meum, id
 est, quod constitutum mihi est, vel quo mori de-
 creui.

Hebraic
mon.

Apud te facio pascha. Id est facere decreui, phra-
 sis Hebræa vñtata, vt apud Ioannem cap. 21. 3. *di-
 citur et Simon Petrus, Vado piscari*, id est, decreui, *di-
 cunt ei, Venimus & nos tecum*, id est, venire volumus,
 qua phrasi etiam Latini aliquando vti solent, vt ad
 Serenum Seneca, *Si negas accepturum iniuriam*, id
 est, neminem illi tentaturum facere, omnibus relictis ne-
 goriis Stoicus lib. 2. de tranquillitate vite.

Cum discipulis meis. Hoc ideo Christus adire
 videtur, vt patrem familias admoneat, tredecim
 hominum mensam parat. Vnde etiam coniectura
 aliqua sumi potest hominem illum familiarem fu-
 ille Christi, cum sciret, quod discipulos secum ha-
 beret.

10. Vespere autem facta. Eodem modo Marcus
 scripsit. Propterea autem vespere tempus expres-
 serunt, vt indicaret Christum tempore à lege
 præscripto Pascha celebrasse: iubebat enim lex Ex-
 odi 12. 6. vt inter duas vespere agnus immola-

etur ederetur, id est, inter occasum Solis decima-
 quarta diei, & noctem decimæ quintæ, quemad-
 modum supra vers. 2. explicauimus. D. Lucas eo-
 dem consilio dixit, & cum facta esset hora, id est, cū
 sol occubuisse. Nam quante Solis occasum Chri-
 stum agnum edisse dicunt, his errare mihi videtur,
 & quia contra legem loquuntur, quæ inter du-
 as vespere agnum comelle præcipiebat cum a-
 zymo pane, qui ante Solis occasum inchoata iam
 die decima quinta, id est, prima azymorum die nõ
 edebatur. Deinde quod cum velint hac ratione ef-
 ficere, vt Christus eodem tempore mortuus sit,
 quo agnus comedeatur, id est, inter meridiem,
 & Solis occasum, efficiunt, vt non solum non ea-
 dem hora, sed ne eodem quidem die mortuus sit:
 nam si eorum opinione die decima quarta inter
 meridiem, & occasum Solis, agnus edebatur, cum
 Christus die decima quinta mortuus sit, non eod-
 dem mortuus est die.

Discumbebat. *in medio*, proprie recumbere; eu-
 ius verbi proprietate moti auctores quidam sunt,
 vt existimarent hoc non de agni esu, sed de cœna,
 quam esu iam agno Christus egit, esse intelligen-
 dum; quia est lex Exodi 12. 11. *disertis verbis non
 præcipiebat, vt Iudæi stantes agnum ederent*, ta-
 men colligebatur ex lege: Sic, inquit, *comederit il-
 lum, renes vestros accingetis, & calcamentum vestra ha-
 bebitis in pedibus, tenentes baculos in manibus, & comede-
 tis vesimentum, est enim Pascha, id est, transitus Domini.*
 Ita enim comedentes agnum describit, vt vix in-
 telligi possunt non stare; quorum enim accincti
 renibus? quorum calseati? quorum innixi bacu-
 lis? quorum festinantes ad significandam transi-
 tus celeritatem esse iuberebant, si non starent, qui
 vnus habitus multo clarior, quam reliqua omnia
 festinationem præ se ferebat? Nemo enim magis
 se festinare indicat, quam qui ne ad sumendum
 quidem necessarium cibum sedet. Sic videtur Euthy-
 mius interpretari, cui danda venia est aliorum
 ingrediendi vestigiis, Caluino, & aliis hæreticis in
 interpretibus danda non est; qui cum magno sibi ef-
 ferendit videntur, non videntur verborum con-
 tinuationem pati non posse, vt de alia cœna, quam
 de ea, qua agnus comedeatur, intelligamus; &
 fecerunt, inquit Evangelista vers. 19. 20. *discipuli
 autem facta discumbat cum duodecim discipulis suis.*

Deinde Ioan. cap. 13. 12. *Postquam ergo lauit pedes
 eorum, & accepit vestimenta sua, cum recubuisse, ite-
 rum dixit eis. Præterea Marcus infra vers. 26. qua
 si de alia cœna loquens, quam de ea, qua agnus es-
 sus erat: *cœnantibus*, inquit, *eis accepit Iesus panem, &
 Lucas cap. 22. 14. & cum iam facta esset hora, discubuit.*
 vbi certum est eum de esu agni loqui, propterea e-
 nim horam notauit, quia agnus certo, itaque
 tempore comedendus erat. De cœna igitur agni
 dicit *discumbat*, recubuit, sicut hoc loco Matth. *discu-
 bebant*. Absurdus etiam est, quod alii quidam hoc, & a-
 lia nihil grauioribus argumentis inducunt, vt Theo-
 phylactus, & Euthymius referunt, putauerunt
 Christum agnum eo anno non comedisse: quod
 cum omnes Evangelistæ tam aperte testentur eum
 Pascha manducasse, refutatione nõ indiget: Quod
 ergo Evangelistæ dicunt Christum ad edendum a-
 gnum recubuisse, non ita accipiendum est, quasi
 re vera, aut sederit, aut cubuerit: credendum e-
 nim est, vt Chrysoström ait, omnes cum legis ce-
 remonias perfectissime seruasse, maxime que hanc
 ipsam, vt Iudas Paschalem agnum ederet, cum si-
 cut olim stantes illi Iudæi comederunt, quia
 transitus Domini erat, ita nunc ipse ex hoc mundo
 transiturus esset. Cæterum quia in omnibus pran-
 diis, ac cœnis Iudæi vetustiores accumbere sole-
 bant (nam Christi tempore sedere solitos, non re-
 cumbere, fuisse arbitror) factum est, vt mutata ac-
 cumben-*

Caluinista
interpretatio re-
gicula.

Iudas autem
Christo ag-
num com-
edit, & ab
eo Eucharis-
tiam acce-
perit.

549
 cumbendi consuetudine, nomen retineretur. Nã
 & hodie Latine mensæ dicuntur accumbere, cum
 tamen sedeamus. Evangelistæ igitur, etsi verbum
 recumbendi de medio lapsum vsurparunt, nõ
 fuerunt significare vera Christum recubuisse,
 sed ed mensam accessisse, atque conasse.

Cum duodecim discipulis suis. Videtur mihi Eu-
 angelista discipulorum numerum expressisse,
 cum quibus Christus agnum comedit, vt ea etiam
 in re significaret eum legis præscriptum obser-
 uasse. Iubebat enim lex, vt paterfamilias cum to-
 ta familia sua agnum ederet Exodi duodecimo, ter-
 tio, quarto, Christi autem familia discipuli erant.
 Chrysoström ideo hoc ab Evangelista dictum ef-
 se iudicat, vt ostenderet Iudam etiam cum cæteris
 gratitudinem declarare, eiusque impudentiam, & in-
 ter se dissensionem. Nam sunt qui putant Iudam
 non solum nouorum sacramentorum corporis,
 & sanguinis Domini perceptioni, sed ne edendo
 quidem agno interfuisse, vt Hilarius canone in
 Mattheum 30. Iam enim cum Christus agnum
 edidit, discubuisse existimat, vt cum principibus sa-
 cerdotum de eo tradendo, comprehendendo que
 tractaret. Alij cœnæ agni interfuisse putant, sa-
 cramentorum vero perceptioni non putant, quod
 asseruerunt scribit Clemens Apostolicarum Con-
 stitutio, libro quinto, capite decimo sexto. In qua
 sententia & Innocentius libro quarto de myster-
 ali. capite decimo tertio videtur esse. Argumen-
 ta, quibus probari potest, hæc sunt. Primum, quod
 Ioannes cap. 13. 30. scribat Iudam simulatque bu-
 cellam à Christo porrectam accepit, exisse; bu-
 cellam autem illam ante sacramentorum distri-
 butionem datam illi à Christo fuisse, credendum
 est; cum corpus, & sanguinem suum vltimo loco
 dederit, & vt ait Lucas cap. 22. 20. postquam cœ-
 nauit, & vt Ioannes c. 13. 2. cœna facta, non ergo
 corpus & sanguinem Christi Iudas accepit. Secun-
 dum, quod Christus de Sacramento sanguinis sui,
 vt videtur loquens versus vigesimo nono dixerit,
 Non bibam amodo de hoc generime vitis vsque in diem
 illam, cum illud bibam vobiscum nouum in regno patris
 mei, cum Iudas autem in regno patris illud postea
 non bibit, ergo nec ante biberat. Tertium quod
 credibile non sit Christum fecisse, quod nos face-
 re prohibuit, vt corpus, & sanguinem suum ho-
 mini sceleratissimo nulla facta penitentia confer-
 ret; nam quod quidam respondere solent, fuisse
 quidem Iudam peccatorem, sed non publicum,
 cuiusmodi hominibus Sacramenta negari non de-
 bebant, nescio quam verum sit: Iam enim Christus
 illum & data bucella ostenderit, & nomine pro-
 diderat, Tu dixisti, versus vigesimo quinto. Itaque
 cum corpus, & sanguis Christi exhibita sunt, ne-
 mo Apostolorum ignorare poterat, Iudam esse
 proditorem. Hæc argumenta ita mouent me, vt
 facile hanc opinionem probaturus essem, nisi con-
 trarij plures haberet Auctores, & magis vltra
 probata esset. Fuerunt etiam, qui dicerent Iudam
 & cœnæ agni, & cœnæ communi, & perceptioni
 corporis, & sanguinis Christi fuisse presentem, ea-
 que percipisse, sed sanguinem quidem bibisse;
 corpus vero seruasse, vt ad principes sacerdotum
 deferret, illique per derisum ostenderet, quid
 Christus corpus suum appellasset, & quasi magou
 quiddam discipulis suis tradidisset, quemadmo-
 dum Theophylactus hoc loco recitat, quod cum
 à nulla probetur coniectura, non est refutandum.
 Omnes aut, quos legimus auctores existimant Iu-
 dam totum interfuisse actum; corpusque & sangui-
 nem Domini percipisse, Cyprianus libro de cœna
 Domini, Chrysoström homilia in Mattheum o-
 ctuagesimam secundam, & homilia de productione lu-
 cæ, Dignus Hieronymus hoc loco, Augustinus e-

549
 pistola sexagesimatercia, & tractatu in Ioannem
 62. Auctor eorum commentariorum in Marcum
 qui Hieronymo tribuuntur, capite decimo quar-
 to, Theodoretus in commentariis in caput vnde-
 cim, prioris epistolæ ad Corinthios, Leo sermo-
 ne septimo de passione Domini, Potest & hæc sen-
 tentia ita probari, quod credibile non sit Iudam à
 mensa surrexisse, antequam omnia peracta essent,
 vt ad principes sacerdotum adiret; hæc enim rati-
 one proditorum suam, quam celare tantopere
 volebat, prodidisset. Deinde, quod Lucas post
 datam à Christo Eucharistiam de Iuda, tamquam
 adhuc presente Christum loquentem inducat, ca-
 pite vigesimo secundo, vigesimo, vigesimo primo.
 Hic est calix nouum Testamentum in sanguine meo, qui
 pro vobis fundetur. Veruntamen ecce manus tradentis
 me mecum est in mensa. Ergo quod ait Ioannes Iu-
 dam accepta bucella stantem exisse, aut ita intelli-
 gendum est, vt Christus post datam Eucharistiam
 bucellam dederit, vt proditorum indicaret, aut
 ita vt aduerbium illud, continuo, quo Ioannes vitur,
 non temporis momentum, sed breuissimum
 significet intervallum, quamquã illud prius mihi ma-
 gis placet, quia ita Ioannes videtur loqui, vt indicet
 bucellam acceptionem causam fuisse, vt Iudas qua-
 si irritatus quod se indicatum videret, abscesserit.
 Itaque minus vero simile est, cum accepta iam bu-
 cella expectasse, quamuis breui tempore, & diu-
 na sacramenta percipisse. Quod autem Christus
 dicit, *Non bibam amodo de hoc generime vitis*, dom-
 eam bibam illud vobiscum nouum, non cogit nos, vt dica-
 mus Iudam tunc non adfuisse, quia etsi cum eo po-
 stea non bibit, cum alijs bibit, quod satis fuit, vt
 dicere poterit, donec bibam vobiscum; pronon: ita
 enim vobiscum ad maiorem partem referunt. Que-
 ri etiam potest, & à nonnullis dubitatum videtur:
 an aliqui præter discipulos cum Christo accubu-
 erint, Euthymius alios etiam nonnullos accubu-
 isse putat, quamuis eos Evangelistæ non nomina-
 uerint, quod multis ego de causis probare non
 possunt: & quia, vt supra versus secundo docui-
 mus, cæteri Iudæi non eodem die Pascha ce-
 lebrarunt, & quia ita accurate Evangelistæ discipu-
 lorum nomen, aut numerum expresserunt, vt
 duo facere voluisse videntur, & significare om-
 nes discipulos adfuisse, & indicare neminem ad-
 fuisse præter ipsos, & quia lex præcipiebat, vt vna-
 queque familia suum agnum ederet, nec exter-
 nus vnus admitteretur, nisi si familiarium nume-
 rus ad edendum integrum agnum satis non esset,
 tunc enim externos, quotquot ad esum agni ne-
 cessarii cõt, aduocari permittit. Discipulorum aut
 numerus ad edendum agnum satis magnus erat.

11. Vnus ex vobis. Sine iniuria proditorum pro-
 dit, eum indicat se nosse eum, nec tamen nomi-
 nat. Quæritur à multis auctoribus, cur hoc Christi
 dixerit. Respondet Chrysoström, Hieronymus,
 Beda, Theophylactus, Euthymius, vt Iudas pœnitenti-
 æ occasionem daret, illique ad respiciendum stim-
 mulum admoerret, cum videret consilia sua
 Christum latere non potuisse. Videtur etiam mihi ideo
 dixisse, vt ostenderet se non inuitum, non circum-
 uentum, & nec opinantem, sed scientem, prudentem,
 volentem mori, cum cognito proditore cõ-
 consilium impedire posset, nec tamen vellent. At
 cur Christus proditorem Iudam non
 nominauit? Possimus respondere id Chri-
 sti benignitatem consentaneum fuisse, vt proditor
 etiam sui nominis, honorique parceret, contentum
 que fuisse ostendisse se non ignorare proditorem,
 nominare autem noluisse, quia ad id, quod osten-
 dere volebat, se scientem, ac volentem mori, non
 erat necessarium. Hieronymus tamen paulo aliter
 respondet, propterea Iudam non nominasse, ne e-
 um irritaret. Origenes vero propterea ge-
 neraliter, non nominatum loquutum fuisse,
 vt per-

Cur Christi
proditorem
Iudam non
nominauit.

vt percussis hae voce singulorum animis alii se ual

tu innocentes, Iudas proditorem ostenderet. 22. Et contritissimi ualde. Mirum uideri potest cur Apostoli, qui innocentes erant, contritissimi fuerunt, quod sibi quisque hoc dictum putaret. Nec enim ideo tantum tristati sunt, quod nefandum dolerent facinus Christum a discipulo suo, quisquis ille esset traditum iri, nam et si credendum est ea etiam re vehementer doluisse, tamen Mathaeus indicat ideo contritatos fuisse, quod de se quisque dubitaret, ac sollicitus esset. & caperunt, inquit, singuli dicere, numquid ego sum Dominus? Origenes ergo, Chryllostomus, Euthymius, & Theophylactus rationem hanc adferunt, quod etiam si se innocentes esse scirent, tamen magis Christi uerbis, quam conscientiae suae confidebant. Beatus homo, qui semper esset pauidus, dicebat ille Proverbiorum 28. 14. & verebatur omnia opera mea. I. b. 9. 28.

23. Qui intingit? Ioannes c. 13. 24. Petrum Ioanni suggestit, scribit, ut Christum rogaret, quisnam proditor esset. Itaque credendum est factum utrumque, & singulos prius Apostolos interrogasse, numquid ego sum Dominus? & cum eorum rogatum Christus proditorem nominare nolisset, Petrum qui iniquiore, quam ceteri animo Christi iniurias ferre solebat, Ioannem rogasse, ut Christum interrogaret quisnam ipsum proditor esset. Ex quo sequitur Christum in his uerbis, qui intingit mecum manum in paropside, non omnino proditorem designasse, sed primum in quidem generaliter dixisse, vnum vestrum me traditurus est; secundo cum singuli interrogarent, numquid ego sum Dominus? paulo clarior respondisse, qui intingit mecum manum in paropside, vnum ex his qui mecum in eadem paropside panem intingit probabile enim est in magna mensa, ubi tredecim homines accumbebant, diuersas fuisse patinas, diuersas paropside, in quibus aut terni, aut quaterni panem ingererent; itaque indicat Christum vnum ex illis aut tribus, aut quatuor, aut quatuor tandem erant qui in eadem secum paropside panem solebant tingere se esse traditurum. Denique cum ne hoc quidem indicio Apostoli, quis ille esset, intelligere potuissent, iterumque Petri rogatum Ioannem interrogatur, quisnam ille esset, respondit, ille est cui ego intingidum panem porrexero, Ioan. 13. 26. sed quia hoc in aurem Ioanni Christus dixerat, ut se alii intelligere non possent, ad extremum ipse Iudas, ne tacendo erimen consisti uideretur, interrogauit etiam, sicut alii prius interrogauerant, numquid ego sum Rabbi? cui Christus, Tu dixisti uersu 25. Quo dicitur neque Iudas, neque ceteri, quos id audiuisse ex stimandum est, proditorem ignorare potuerunt, atque tuae Iudas, cum se deprehensum uideret, discessisse credendum est: nam an equam suam ipsius nomine proditor, dissimulare poterat, postea non potuit, sed quia hoc, simulatque buccellam a Christo datam accepisset accidisse uero simile est, Ioannes dixit istam accepta buccella exisse. Ad hunc modum mihi uidentur Euangelistarum dicta concilianda: etsi scio Origenem, Chryllostomum, Hieronymum, Euthymium, & Theophylactum, ex stimare his uerbis, qui intingit mecum manum in paropside, Iudam proprie designatum, & tantum non dicitur demonstratum fuisse, scribunt enim eodipsum impudentiae processisse, ut cum alii Apostoli uerecundia, reuerentiaque Magistrum ab eius paropside abinerent, solus manum in eundem cactu inuiceret. Solum Chryllostomus existimat Ioannem non id impudentiam, sed Christi rogatum fecisse, ut ea ratione alii intelligerent, quis esset proditor. Quorum interpretationem idcirco non probo, quod ea ratione non uideatur posse cum Mathaeo Ioannes conuenire. S. enim his uerbis proprie fuerat Iudas demonstratus, quid opus e-

rat, ut postea Petrus tam sollicitus per Ioannem rogaret, qui suam futurus esset proditor? quid opus erat, ut alia eum ratione Christus ostenderet dicens, ille est, cui ego intingidum panem porrexero? nam omnes iam Apostoli Christum dicentem audierant, qui intingit mecum manum in paropside, hinc traheret; eum id & a Christo dictum, & a Iuda factum esset, prius quam buccellam ille daret, hic acciperet, ut hietam sentire uidentur Auditores. Iam enim omnes Iudam esse nouerant, si solus in Christi paropside panem tingebat. Alii contra his uerbis nihil magis, quam ante proditorem offensum fuisse dicunt: sensum enim esse, qui intingit mecum manum in paropside, id est, vnum ex his, qui mecum assident ad mensam, & communem mecum paropside habent, me traditurus est; assidebant autem omnes Apostoli, & in eadem paropside manum immittentibus; itaque nihil aliud his uerbis significari putant, quam quod Marcus dixit cap. 14. 18. vnum ex uobis tradit me, qui manducat mecum, & Lucas, 22. 21. Ecce manus tradit me, mecum est in mensa. Non ergo uoluisse proditorem indicare, sed exaggerare scelus, quod cum in eadem mensa, in eadem patina cibum sumeret, se esse traditurum, sicut David dixit Psal. 40. 10. Qui edebat panem meum, magnificauit super me supplicationem. Horum interpretatio non satis mihi uideatur cum uerbis Euangelistae conuenire; dixisset enim potius, vnum ex his, qui intingit mecum manum in paropside, sicut dixerat uersu 21. vnum vestrum me traditurus est; deinde quia nihil magis, quam ante, eum a singulis discipulis rogatus esset, quis se esset traditurus, traditorem designasse uero simile non est. Quae uerba nonnulli interpretes, quomodo insculum, aut condimentum in paropside esset, cum lex iuberet, ut agnus assus, non coctus comederetur, x. xodi 12. 8. Hoc vnum fuit eorum argumentum, qui Christum eo anno agnum comeditisse negauerunt, ut Theophylactus, & Euthymius Auditores sunt. Nihil profecto leue; hoc enim non de coena, qua agnum Christus comedit, sed ea, quae ego agno apponitur, ut uersu 26. docetibus, intelligendum est, in qua & asina, & cocta, & omnia, ciborum & condimentorum genera poni poterant; solus fermentatus panis prohibebatur, quia prima azymorum dies erat.

24. Filium quidem hominis uadit. Loquitur de se per tertiam, ut solet personam, seque solum hominis appellat, ut uersu secundo uide quae capite octauo, uigesimo de eare diximus. Opponit autem se Iudae proditorum, eiusque conditioni suam antefert. Videbatur tunc Iudas melioris, quam Christus conditionis esse, Christus uendebatur, ille uendebat; Christus ad mortem, ille ad lucrum ibat. Christus ab omnibus etiam discipulis suis paulo post deserendus; ille principibus sacerdotum, Scribis, & senioribus populi gratia, amicitiaque copulandus erat: itaque hominum iudicio multo, quam Christus felicior uideri poterat. Hanc opinionem refellit Christus, seque melioris conditionis, quam illum paulo post futurum praedicit. Nam quod passurus quodque moriturus sit, nec miserum, nec malum, nec inopinatum, nec uolentem sibi esse, quin gratum, laudabile, officiosum, sponte susceptum, quippe qui ea ratione & patris obsequatur uoluntati, decretumque exequatur, & Prophetarum de se scripta uaticinia effectum compleat, hoc est, Et filius quidem hominis uadit, sicut scriptum est de illo. Danielis nono, uigesimo sexto. Et post hebdomadas sexaginta duas occidetur Christus, & non erit eius populus, qui eum negaturus est. Quod dicit, uadit, hanc habet vim, ut indicet Christum, se non uix hoc mundo expelli, sed sponte sua exire, nec tam mortem esse suam, quam migrationem, ut recte Theophylactus adnota-

Prioribus, & hys peribolice scriptura locutiones.

Iudas an peccauit tradendo Christum a patre traditum.

Impietas Caluini, & Caluini illam traditorem Iudae Deo trien.

adnotauit. Quod autem dicit, sicut scriptum est, ostendit non ex hominibus, sed ex diuino decreto, ac praedictione mortis suae necessitatem provenire. Comparat ergo finem suum cum fine Iudae, quod ipse etiam ad mortem trahi uideatur, non trahatur, sed eat, eat autem non tam ad mortem, quam ad gloriam: propterea enim Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen ad Philipp. secundo, nono. Iudam uero, qui ad lucrum, & ad gratiam hominum colligendam ire uideretur, iurum ad laqueum, iurum ad sempiterna supplicia usque adeo graui, ut melius illi futurum esset, si natus non fuisset. De quo uerbo nimis fortasse subtiliter quidam disputant, quomodo melius Iudae fuisset natus non esse, cum non esse nullum, damnatum esse aliquod bonum sit; aliquid enim est, qui damnatus est, omne autem quod est, quae est, bonum est. Hieronymus indicat, exitimasse aliquos Iudam fuisse, antequam nasceretur, Christumque certo consilio non dixisse melius fuisset hominili, si nunquam fuisset, sed si natus non esset, quasi etiam si non nasceretur, futurus fuisset, ideoque naturalia bona sine malis habiturus. Suspicio diuini Hieronymum Origenistas notare uoluisse, qui omnes animas initio creatas fuisse crediderunt, & pro suo quaque merito aut expertem manere corporis, aut in corpus, tanquam in carcere immitti. Et uero Origenes ipse ita hoc loco scribere uideatur, ut non longe ab ea sententia abhorere uideatur. Eodem fere modo Euthymius interpretatur. Sed non sunt huiusmodi scripturae locutiones ad scholarum excutiendam subtilitatem; sunt enim prouerbiales, & sumptae de uulgo, in quibus quidam plerumque hyperbolicum esse solet, ut apud Iob capite tertio, uidecimo. Quare non in uulua mortuus sum? egressus ex uero non statim peris? & capite decimo, decimo octauo, decimo nono. Quare de uulua eduxisti me? qui uinum consumpsissem non oculum me uideret, fuisset, quasi non essem, de uero translatus ad tumulum, & capite tertio, tertio, & Ieremias uigesimo, decimo quarto. Percaes dies in qua natus sum: hec enim omnia non tam deliberato animi iudicio, quam per querrimoniam, quae mala sua amplificare solet, dicta sunt: Christus ergo ita de Iuda loquitur, quemadmodum credibile erat ipsum de se in supplicis positum esse loquatur. Erat autem credibile eum dicturum esse, uinam nunquam nauis essem, melius mihi fuisset non nasci, quam ista pati: cum Iob, & Ieremias uiri sanctissimi multo minoris passum idem dixerint. Adde, quod Christus non dicit melius futurum fuisse, ut Iudas non nasceretur, sed melius futurum illi esse, id est, eius opinione, atque iudicio, quemadmodum multis res aduersas patientibus accidere uideamus, ut corrupto dolore iudicio mortem uis anteponant, cum dubium non sit melius esse uiuere, quam mori. Obiici hoc loco solet non minus Iudam, quam Christum diuino decreto uendendo Christo exequutum fuisse, quare non magis, quam illum peccare potuisset. Respondent Chryllostomus, Euthymius, & Theophylactus, omnesque Catholici Theologi idem sentiunt, non fuisse a Deo decretum, & uita dicam, praedestinatum, ut Iudas Christum uenderet, sed fuisse praecogitatum atque praetium fore ut uenderet, quod cum Deus ab omni cognouisset gratitiae decreuit, ut ea ratione Christus a Iuda uenditum non reuerteret; itaque Iudae uenditionem Deus non praedestinauit, sed prauidit; non commisit, sed permisit. Caluini illa, qui neque permissionem in Deo ullam admittunt, & malum non boni priuationem, ut Augustinus, & Dionysius, omnesque ueteres, atque recentiores Theologi tradiderunt, sed naturam aliquam esse credunt, quamuis in omnes se partes uersare soleant,

A exuere se hoc laqueo non possunt. Docet quidem Caluinus uenditionem Iudae non esse proprie Dei opus appellandum; sed uerbis docet, re ipsa negat, quod in multis aliis, difficillimisque quaestionibus solet facere. Eius enim doctrina, eius uerba sunt, Deum non esse omnipotentem, si peccata, ut nos dicimus, tantum permittat; nec enim omnium rerum auctor esset. Quid quae hinc colligitur, nisi Deum omnipotentem non esse sententia Caluini, nisi & peccata auctor sit? Eius uerba sunt, Non dubitauerim dicere diuinam praedestinationem, ac uoluntatem rerum necessitatem esse, quod si uerum est, Deusque, ut ille putat, Iudae peccatum non solum prauidit, sed etiam praedestinauit; necessitatem Iudae uendendi Christum imposuit; quod si uerum est, peccare Iudas non potuit. Eae, & impietatem suam uerbis illis adornet, in quibus imperite discipulorum suorum turba facum facit; etiam si & Deus, & Iudas idem opus fecerint, Iudas peccasse, Deum non peccasse, quia Deus bono, ut homines reduceret, Iudas malo, & auitiuitate pleno animo faciebat. Quis enim illius ipsius mali animi Iudae auctor fuit, nisi Deus, si sententia Caluini mala non solum permittit, sed etiam facit? At malum, fortassis dicit, in Iuda animum bono animo Deus ingenerauit. Quisnam bonus animus esse poterat, nisi ille, quo uolebat, ut Christus moreretur? at qui ut Christus moreretur, malo animo Iudae opus non erat: potuit enim Deus efficere, ut Iudas eum bono animo uenderet, ut Deo obediret: poterat efficere, ut Christus neque bono neque malo animo uenditum moreretur. Malus igitur animus ex Iuda natus est, animus a Deo datus. Alia hic quaestio proponi solet, si melius futurum erat Iudae, ut non nasceretur, cur eum Deus genuit? Respondent Chryllostomus, & Euthymius non talem, qualis postea fuit, a Deo fuisse genitum. Deus enim bonum fecit, ipse se postea fecit proditorem, quemadmodum de omnibus hominibus Salomon dicit in Ecclesiastico capite septimo, uigesimo, Deum fecisse hominem rectum, ipsum se multis quaestionibus misculasse. Nullus humanae curiositatis modus est. Quae uerba etiam alii, cur eum, cum eiusmodi futurum esse sciret, in Apostolum Christum elegerit, de eare capite 10. 4. disputauimus: sed uero uerbo responderi potest, quia cum electus a Christo esset, eiusmodi non erat; & solet saepe Deus etiam in hominum electione non futura, sed praesentia merita respicere, quod in Saule rege factum uideamus; bonum Deus elegit, malus ipse per se factus est, idemque de Salomone dici potest.

25. Numquid ego sum Rabbi? Non rogat Iudas Christum, quasi ignarus; ut dicit, quod sua ipsum conscientia ignorare non patiebatur, sed quasi callidus mercator, ut tenter, num Christus se eum esse sciat, qui eum esset traditurus, & quasi impudens dissimularat, ut dum sicut ceteri de se quisque interrogauerat, num ipse esset, de se quoque ipse interrogat, se non esse simile: uideatur autem non sponte, sed coactus aliorum exemplo Christum rogare, num ipse sit, ideoque omnium ultimum rogat, & fortasse postquam aliquo modo eum Christum uerbis illis subindicasset, Qui intingit mecum manum in paropside, hic me tradet; prius enim illud, quam hoc Euangelista narrauit; ita certe Origenes, Chryllostomus, & Beda senserunt. Notauit etiam Chryllostomus, Hieronymus, Euthymius, & Beda non dixisse Iudam, sicut ceteri dixerant, Numquid ego sum Dominus? sed numquid ego sum Rabbi? quasi etiam tunc, cum maxime uolebat proditorem suam dissimulare, superbia sua prodere cogere, dum Christum minus quam ceteri, honorifice compellat.

Tu dixisti. Modus est honeste, & minimis cum

entium refulsur. Conf. ff. de ali. bi saepe lib. de diuin. nominib. c. 7.

Lib. 3. Instit. tom. 2. 23.

A a offen.